Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

Visual Library

cũ ſum. Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos nõ
poteſtis venire: ita & vobis dico nunc. Præceptũ nouũ do vobis,
vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In
hoc cognoſcẽt oẽs, qđ diſcipuli mei ſitis, ſi charitatẽ habueritis
inter vos mutuã. Dicit ei Simõ Petr⁹: Dñe, quo vadis? Reſpon/
dit ei Ieſus: Quo ego vado, nõ potes me nũc ſequi, ſequeris autẽ
poſtea. Dicit ei Petrus: Dñe, quare nõ poſſum te ſeq̃ nũc? Ani/
mã meã ꝓ te ponã. Reſpõdit ei Ieſus: Animã tuã pro me pones?
Amẽ amen dico tibi, non canet gallus, donec ter me negaueris.

¶CAPVT. XIIII.

T ait diſcipulis ſuis: Ne turbetur cor veſtrũ. Credi/
e tis in deũ, & in me credite. In domo patris mei man/
ſiones multæ ſunt. Quod ſi ſecus eſſet, dixiſſem vo/
bis, vado paratur⁹ vobis locũ. Et ſi abiero ad parandũ vobis lo/
cũ, iterũ veniã & aſſumã vos ad meipſũ: vt vbi ſũ ego, & vos ſitis:
Et quo ego vado, ſcitis, & viã ſcitis. Dicit ei Thomas: Dñe, neſ/
cimus quo vadis. Et quõ poſſumus viã ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego
ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrẽ, niſi ꝑ me. Si cog
nouiſſetis me, & patrẽ meũ vtiq; cognouiſſetis. Et nunc cogno/
ſcitis eũ, & vidiſtis eũ. Dicit ei Philippus: Dñe oſtende nobis pa
trẽ & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tꝑe vobiſcũ ſum, & non
cognouiſti me? Philippe, qui vidit me, vidit patrẽ. Et quõ tu di/
cis, oſtende nobis patrẽ? Non credis, qđ ego in patre ſim, & pa/
ter in me? Verba q̃ ego loquor vobis, a meipſo non loquor. Pater
aũt in me manẽs, ipſe facit opera. Credite mihi, qđ ego in patre

ſim,& patet in me. Alioqui ꝓpter ipſa facta credite mihi. Amen
amē dico vobis,qui credit in me,opera quæ ego facio,& ipſe fa-
ciet: & maiora his faciet, quia ego ad patrem vado. Et quicquid
petieritis nomie meo,hoc faciam, vt glorificetur pater per filiū.
Si quid petieritis per nomen meum,ego faciam. Si diligitis me,
præcepta mea ſeruate. Et ego rogabo patrē,& aliū conſolatorem
dabit vobis,vt maneat vobiſcū in æternū,ſpiritū veritatis quem
mundus non poteſt accipere:quia nō videt eū, nec nouit eū. Vos
aūt cognoſcitis eū,quia apud vos manet,& in vobis erit. Non re-
linquā vos orphanos,veniā ad vos. Adhuc puſillū,& mundꝰ me
iam non videt:vos aūt videtis me. Quia ego viuo,& vos viuetis.
In illo die vos cognoſcetis, quod ego ſim in patre meo,& vos in
me, & ego in vobis. Qui habet præcepta mea & ſeruat ea,ille eſt
qui diligit me. Qui aūt diligit me, diligetᷣ a patre meo: & ego di-
ligā eum,& aperiam ei meipſum. Dicit ei Iudas, nō ille Iſcario-
tes: Domine, quid factū eſt, quod manifeſtaturus es nobis teip-
ſum,& non mundo? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit
me,ſermonē meū ſeruabit,& pater meus diliget eū:& ad eū veni-
emus,& manſionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me,ſermo-
nes meos nō ſeruat:& ſermo quē auditis,nō eſt meus, ſed eius q
miſit me patris. Hæc locutus ſum vobis apud vos manēs. Para-
cletus aūt ille qui eſt ſpiritus ſanctus, quem ſpiritum mittet pa-
ter nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis om-
nia quæcunq; dixi vobis. Pacem relinquo vobis, pacem me-
am do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ne-

turbet̃ cor vr̃m neq; formidet. Audiſtis qđ ego dixi vobis, vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, qđ dixerim, vado ad patrem, quia pr̃ maior me eſt. Et nũc dixi vobis priuſq̃ fiat, vt cũ factũ fuerit, credatis. Poſthac nõ multa loquar vobiſcũ. Venit em̃ princeps mundi huins, & in me nõ habet quicq̃. Sed vt cognoſcat mundus, qđ diligo pr̃em, & ſicut mandatum dedit mihi pr̃, ſic facio. Surgite eamus hinc. ¶CA. XV.

e Go ſum vitis vera, & pr̃ me⁹ agricola eſt. Omnẽ palmitẽ in me nõ ferentem fructũ tollit, & omnẽ qui fert fructũ purgat, vt fructnm copoſiorẽ afferat. Iam vos mundi eſtis ꝓpter ſermonẽ, quẽ locut⁹ ſum vobis. Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes nõ põt ferre fructũ a ſemetipſo niſi mãſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me mãſeritis. Ego ſũ vitiſ, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructũ mltũ: qa ſine me nihil poteſtis facere. Si qs in me nõ mãſerit, eiect⁹ eſt foras ſicut palmes & exaruit: & colligũt eos, & in ignẽ cõijciũt & ardẽt. Si mãſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint quicqd volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc glorificat⁹ eſt pr̃ me⁹, vt fructũ copioſum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis maneat, & gaudiũ veſtrũ impleatur. Hoc eſt præceptũ meum, vt diligatis vos inuicem ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo ha-